

R. P. HYACINTI
DONATI, LAYNENSIS,

O. D. FRAT. PRÆDICATORVM,
SAC. THEOL. MAG. AC U. J. D.

Quondam in Generali Studio Sancti Dominici Civitatis Cosentia Regente,
ac utriusque Provinciae Calabriae Provinciali

RERUM REGULARIUM
PRAXIS RESOLUTORIA;

*IN QUATUOR TOMOS DISTRIBUTA
IN QVIBVS OMNES ET SINGVLÆ MATERIÆ, QVÆ IN
Rebus Regularibus occurrere possunt, sub diversis Tractatibus succinctè
ac dilucidè proponuntur, resolvuntur, ac deciduntur.*

Opinacionum Praelatis Regularibus, illorumque subditis, Ecclesiasticis, et Civique Ordinibus
Superioribus; verumetiam cararum Patronis, omnibusque Iudicibus in utroque foro
veritantibus utilissimum, uno maxime necessarium:

*Accedunt duo Indices locupletissimi Tractatum & Questionum, Rerumque
omnium notabilium.*

TOMUS PRIMUS,

Cujus Tractatum Elenchum versa pagina indicabit.

EDITIO SECUNDA IN GERMANIA PRODIGIT

*Ex Libris Barchinensis
Lesea: ordinis D.
Jacobi. =*



COLONIAE AGRIPPINAE,

Apud HERMANNUM DEMEN Anno M. DC. LXXXXI.

Permissu Superiorum.

AD LECTOREM
13
BENEVOLOM.



Uoniam præsentio opere, Deo Duce, & vita Comite, ad finem utendi Privilegiis, construendi & regendi Monasteria, eligendi Prælatos, recipiendi ad habitum, defendendi Religiosas Personas, ipsarumque Jura, actiones & bona, ac multa diversâ, seu dispersâ, Regulares ac Moniales Concernentia, in unum intendimus congregare: immò ob similitudinem argumenti, extranea timari, opposita expendere, brevique Methodo enucleare; quandoquidem, opposita juxta se posita, magis elucescunt: Cumque duæ sint partes optimæ Doctrinæ, sua stabilire, & aliena repellere; libuit post decita, ad objecta interdum respondere; quod si neutrum, ut parerat, præstitimus, Tu Candide Lector, quod præstandum putas, imple & petisce, Deoque gratias age, ex quo vales, quod nos minimè valemus; Quo usque verò ad haud præstiteris, cohibe linguam, & sententiam tene, vel parce Ingenio, aut pascere animo, quem ipsi gerimus, cæteros adjuvandi.

Nec dicēs, vellem Authores, non autem Transcriptores, qui ex libris, libros faciunt: Nam, ut Aristoteles dixit, in *Metheororum* libris, omnes ferè, quæ tractantur Opiniones, à Superioribus fuerunt agitatz: quòd prius Sapiens insinnavit *Ecclesi.* 1. ibi, nihil sub Sole novum, nec valet quisquam dicere, Ecce hoc recens est: Undè nunc Scribentes, nihil novant, nec quidem Modicum, novandum habent: cum nullum sit jam dictum, quod non dictum sit prius, ut agebat *Terentius*. Nam vel divisa colligunt, vel collecta magis explicando diffundunt, quod est totum scribendi negotium; an minus, vel magis utile, relinquitur Prudentis arbitrio: Exindè Adagium est; Dic novè, non autem nova, Quandoquidem Novatores valdè displicent, Nec propterea Modernorum labor vacat, aut extat inutilis, Etenim non omnes omnia possunt, nec tot eosdem libros habent; *Petrus Lombardus* collegit Patrum sententias, unde dictus est, Magister sententiarum; *Divus Thomas*, nonne dicta Patrum assidue pervolutabat, & exindè summam, tam eleganter Theologiam edocuit? *Savitus Raymundus*, nonne compilavit Decreta Summorum Pontificum? Sunt nè Hi laude, ac remuneratione digni, an potius vacui, & in casum laborarunt? Hi utique sunt, de quibus dicit Ecclesia, dedit illi scientiam Sanctorum, honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius, immortalis est enim memoria illius, quia apud Deum nota est, & apud Homines. Faxit igitur Deus, à quo bona cuncta procedunt, incepta perficere, & prænarrata verba ad nos peccatores extendi, In cæteris mendis parcito, & æqui bonique consulito: Quandoque bonus dormitat Homerus, ne dicam, quod in impressione Librorum, Argi oculos cæcutire compertum est: Tibi, benevole Lector, corrigendi, emendandique sit æqua potestas, Vale, & feliciter vive, in Æternum, & ultra.



RERUM REGULARIUM PRAXIS RESOLUTORIA.

PARS PRIMA

DE PRIVILEGIIS RELIGIOSORUM;

TRACTATUS PRIMUS

DE LEGIBUS IN GENERALE.

QUESTIO PRIMA.

Quid sit lex, & unde dicatur?

D Thom. 1. 2. q. 90. art. 4. in cap. docet, quod lex sit ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo, qui curam communica-
tis habet; promulgata.

Et dicitur ordinatio, quia lex est regula humanorum actuum directiva, & ordinativa, secundum quam homo, vel ad aliquod bonum agendum inducitur, vel ab agendo aliquod malum retrahitur, ut idem D. Thom. in 4. q. 90. art. 1.

Dicitur ratio, ad significandum, legem consistere essentialiter, & principem in actu intellectus, cui antecedenter praeapponit, vel conjunctionem habeat actum voluntatis, ut constat ex ff. de consen. Proc. §. sed et quod, in stir. de jur. nar. gent. & civi. ubi dicitur, quod Princeps placuit, leges habet regum; & de facto, ad legislator precepit, quod fieri vult, vel voluit.

2. Dicitur ad bonum commune, ad ostendendum finem gratia cuius, legem institui debent, non enim lex debet institui in partium commodum aliquorum, sed in communem utilitatem, ea Arist. 4. Polit. cap. 10. & habetur in can. erit autem lex dist. 4. ubi dicitur, quod lex nullo privato commodo, sed pro communi utilitate etiam debet esse conscripta. Lex enim est opus potestatis publicae; potestas autem publica est se in bonum publicum est ordinata, sic & leges ab ea procedentes, debent in commune bonum, & publicam utilitatem ordinari, prout eleganter observat idem D. Thom. in 4. q. 90. art. 1.

3. Dicitur ab eo, qui curam communis habet, ad significandum, legem habere vim, etiam coercitivam, qua subacti coguntur prestare opus a lege praescriptum;

Tom. 1. Pars 1.

istae aeternae, & efficacia, nequit inferri a privata persona, sed ab illo tantum, qui totius Reipublicae curam gerit; perinde is solum potest leges condere, D. Thom. in 4. q. 90. art. 3. ad 1.

Et additur, quod condere leges, est actus jurisdictionis supremae, immo pertinet ad primum gradum meri Imperii, ut docet Bart. in l. Imperium, n. f. ff. de jurisd. omni. jud. & habetur in l. 1. §. potest, ff. de actus antea supremae jurisdictionis; non potest exerceri, nisi ab eo, qui Gubernator est communis, seu est Princeps, vel qui ab ipso ad id potestatem habent, prout dicitur in l. 2. §. necessarii, ff. de reg. jur. & D. Thom. 2. 2. quest. 91. art. 1.

4. Dicitur promulgata, nempe voce, vel scriptis, nam nisi lex sufficienter sit promulgata, & innotescat, quibus constituitur, vim legis non habet, & habetur Canon in istis, dist. 4. ubi dicitur, tunc leges institui, quando promulgantur, quia lex cum sit regula humanarum operationum, debet applicari; nam regula, nisi aequaliter applicetur ad menturandum, vana est, & difficile, applicatur autem per promulgationem, ut idem D. Thom. docet in cit. loc.

5. Lex tandem dicitur a legendo; sic enim ad hoc, ut publice legatur, ut omnibus notatis, & ab omnibus observetur.

Quest. 2. Lex quadruplex sit?

ET quod sit quadruplex, docet D. Thom. per totam quest. 91. art. 1. nempe aeterna, naturalis, humana, & divina, prout colligitur ex Scriptura sacra, nam de lege aeterna, quae est Divina sapientia, dicitur Prov. 8. Dominus possedit me ab initio, quia unum suarum, & aeternam quidquam faceret, ab aeterno ordinata sumus, & postea post, quando ponebat legem aquis, cum ipse erant canales compertus.

A

De